



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 15. S. Ambrosius ad mortem damnatis saluti est.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66042)

Sæculum IV. *in exitu, in letitia, & in tristitia sit.*
A. C. 395. His decem sermonibus temporis Paschalis S. Gaudentius alios quatuor adiunxit in diversam Evangelii materiam, & quintum in Machabæos, quem Benevolus quidem audierat, & nihilominus etiam scriptum petierat.

§. XV.

S. Ambrosius ad mortem damnatis salutis est.

Paul. vit.
c. 34.

Honorius Imperator, cum esset Consul anno 396. populo Mediolanensi belluarum, in Africa natarum, spectaculum dedit. Reorum aliquis, cui nomen Cresconius, in Ecclesiam confugerat, sed populus, in Circo congregatus, a Comite Stilicone licentiam obtinuit, ut immisiss militibus abstraheretur; quippe, Imperatore pueriles annos agente, præcipua auctoritas in Stilicone erat. Cresconius usque ad altare fugiens penetravit; S. Ambrosius ejusque Clerici, qui tunc aderant, circumstant trepidantem, ut tuerentur, at milites, haud pauci numero, Arianis Ductoribus, prævaluerunt; & captum Cresconium, triumphantium more, in Circum reducunt. Hæc vis omnes, qui in Ecclesia aderant, cum dolore afflixit, Sanctus Ambrosius vero diu ante altare prostratus, & fletibus madens,

dens, oravit. Ecce autem postquam milites redierant, & iussa se executos retulerant, in illum locum, ubi spectaturi confederant, claustris apertis, duo Leopardi, levi saltu inveciti, eosdem graviter vulnerarunt. Hac re commotus Stilico, injuriam a se Ecclesiæ illatam, doluit, & pluribus diebus S. Ambrosio satisfaciens, Cresconium liberavit, gravium tamen criminum reum, in exilium misit, unde nihilominus paulopost revocatus est.

Sæculum IV.
A. C. 395.

Alteri quoque, capitis damnato, S. Ambrosius quondam a Gratiano Imperatore vitam impetraverat. Erat is Gentilis, in Dignitate constitutus, qui Gratiani honori detraxerat, dicens, indignum esse tanto Patre filium! accusatus, & ad mortem damnatus. Cum duceretur, S. Ambrosius Regiam adivit, gratiam rogaturus, sed miseri hujus hominis hostes malevoli res ita disposuerant, ut illa hora Imperator spectando Bestiarum certamine occuparetur, itaque nemo excubitorum Ambrosii adventum nuntiare volebat, quod tunc importune adesset. Recessit ipse, at, nemine observante, portam adit, per quam belluæ immittebantur, cum earum custodibus intrat, nec latus Imperatoris ante deseruit, quam reo vitæ gratiam obtinisset.

S. Sozo. VII.
c. 25.

S. Ambrosius non minori zelo deposita, Ecclesiæ concredita, tuebatur; sæpius

II. off. c. 29.
n. 150.

pius

Sæculum IV.
A. C. 396.

pius Decretis Cæsareis, quibus auferri jubebantur; restitit. Privatus aliquis Rescriptum ab Imperatore obtinuerat, ut sibi depositum, a quadam vidua Ecclesiæ Ticinensi datum, posset attribuere; Clerici ultra non resistebant, Magistratus, & ministri, qui rem exequi iussi erant, dicebant, resisti non posse, Procurator Cæsareus rem urgebat; nihilominus Episcopus Ticinensis, S. Ambrosii consilio, aditum ad eum locum, ubi depositum servabatur, ita caute defendit, ut auferri non potuerit, sed missis tantum litteræ testimoniales datæ, ipsos, quod sui erat muneris, fecisse. Rediere tamen cum his litteris, & novo Imperatoris mandato; his nihil perterritus Episcopus, tradere, quod petebatur, recusavit. Historiam Heliodori prælegi iussit, severe adeo castigati, quod sacra Templi deposita distrahere voluisset. Ægerrime tandem Imperatori, ut desisteret, persuasit.

2. Mach. 3.
10.

§. XVI.

Judicia S. Ambrosii, notatu digna.

Ambr. ep. 83.
al. 49.

Episcopus, nomine Marcellus, sororem habebat viduam, & fratrem, cui nomen Letus. Marcellus prædium, cujus Dominus erat, sorori donavit cum onere, ut moriens testamento illud pauperibus, & Ecclesiæ, ubi Episcopatum tenebat, relinqueret. Letus donationem impu-